Philelphus, Franciscus : [Epistolae] Epistolare
[Basel: Johannes Amerbach], [ca. 1492] Seite 341



neam tuæ gloriæ breui perſtringam. Duo ſum nup aggreſ ſus opera: quæ litteraꝝ imortalitati cōmedem: alterū uerſu: alteꝝ proſa. Et hoc quidē de uita & rebus geſtis Francisci Sphortiæ ſoceri tui inſcribit̄: Illud aūt Sphortiada more figuraq̄ꝫ poetica: ubi quātū mea facltas feret: nihil omittam: qd̄ ſūmi principis fœlicitatē ꝓbet. In utroq̄ꝫ de te ſum uerba facturꝰ: cū pro tua dignitate: tū etiā pro ueritate. Id aūt ut cumulate faciā: tua mihi opera opus eſt. Res abs te clariſſime geſtas uulgo narrari uideo plurimas. Nec inuenio quenq̄: qui neget oia te geſſiſſe nō ſapiēter minꝰ q̄ fortiter. Sed una re turbor: qd̄ ordinē modumq̄ꝫ ignoro. Nec eſt: qui mihi oīno ſatiſfaciat: cum alij de loco ubi quid cum laude factū ſit: alij de tēpore: alij de alio quopiam negocio inter ſe diſcrepent. Quaobrem cū dignitati conſules tuæ: tum etiā ueritati meæ: ſi commentaria ad me aliqua dederis uel materno (ut aiūt) ſermone ſcripta: unde tanq̄ ex aliquo fonte quod in te uerum ſit hauriam. Quod ſi feceris: tanta ſollicitudine me leuabis: ut ingentes ſim tibi grās habiturus. Et q̄q̄ non ſum: ut es animo liberali: atq̄ꝫ benefico: ignarus permultos apud te eſſe: qui in huiuſmodi cōmentarijs conficiendis non inepte operam ſuam accōmodēt: tamē ſi eam ꝓuinciā uiro diſertiſſimo Petro perleoni ciui tuo delegaueris: & tibi & mihi egregie ſatiſfacies. Vale ſplēdidiſſimum decus Malateſtarum. Ex Mediolano. vi. idus Martias. M.cccc.liij.

Franciſcus Philel. Nicodemo trāchedino ſal.

P Oſteaq̄ hinc abijſti: qd̄ præſens mihi pſuaſeras: ita mutatū ē: ut ab oī tua etiā ſuaſione abhorreā. Dixeram tibi Andreā alamānū præſtāte adoleſcētē mihi corā expoſuiſſe renūciatū eē pōtifici maximo: cū de eiꝰ uita ac moribꝰ Mediolani ſermo aliqn̄ haberet: me qd ſentirem interrogatū reſpondiſſe Nicolaū Quintū uirum mihi uideri doctiſſime eruditū: ſed adhuc ſapere famulatū. Id tu dictū eē pōtifici ne crederē: ꝓmultis & argumentis & rationibꝰ oſtendere ſtuduiſti. Et ut es omni in re accuratꝰ & bonꝰ ad id maxime elaboraſti: ut ab hac animi ſollicitudine me eximeres: id qd̄ etiā plane præſtitiſſes: niſi aliud



http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-153/0341
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
gefördert durch die DFG